Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Adriano

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

tis. uel hec eius exultans [struck] exultans coram episcopo omnique populo quod sibi acciderat retulit. et cunctis admirantibus et virginem gloriosam laudantibus ipse post triduum in pace quievit. Quidam vir et uxor sua prope lugdunum. Circa annos domini .m.c. filiam unicam habentes eam cuidam iuveni nuptui tradiderunt. Ob amorem autem filie generum suum secum in domo retinebant. Mater autem puelle iuvenem amore filie sue tam diligenter colebat ut non maior esset amor puelle ad ipsum quam socrus ad generum. Iuxta hec maliciosi dicere ceperunt quod hec non filie eius faceret sed ut eidem pro filia se se ingereret. Cum igitur mulieris animum tanta falsitas conturbasset. timens ne vulgi fabulam incurreret. duos rusticos alloquitur et si occulte generum suum strangularent singulariter cuilibet .xx. solidos pollicetur. Quadam igitur die eos in cellario recludens maritum suum ex industria aliquo ire compulit et filiam alio transmisit. Tunc adolescens iussu domine sue cellarium domine sue ut vinum afferret ingreditur et mox a latronibus strangulatur. Mox socrus ipsum in lecto filie detulit et quasi dormientem vestibus contexit. Redeuntibus igitur marito et filia et ad mensam positis iubet mater filie ut maritum debeat excitare et ad mensam vocare. Quem dum defunctum reperisset et hec clamasset nuptialis tota familia in lamentum vertitur et illa mulier homicida quasi dolens cum ceteris lamentabatur. Tandem mulier de perpetrato scelere valde ingemuit et sacerdoti omnia per ordinem confessa fuit. Post aliquod tempus inter mulierem et sacerdotem litigium oritur et a sacerdote super generi homicidium irrogatur. Quod cum ad parentum iuvenis noticiam devenisset advocatur ad iudicem et ab eo ignibus cremanda dampnatur. Finem igitur suum imminere considerans ad beatam virginem se convertit et eius intrans ecclesiam in oracione cum lacrimis se prostravit. Post modicum exiens comprehenditur et in magnum proiecta ignem omnes ibidem stare illesam et incolumem contuentur. Credentes parentes prius ignem parum esse ad sarmenta concurrunt et in ignem proiciunt. Videntes autem quod nec sic in aliquo lederetur lanceis et hastilibus eam impugnare ceperunt. Tunc iudex qui aderat vehementer obstupuit et eos ab ipsius impugnatione compescuit. Eam autem diligenter considerans nullum in ea signum incendii preter sola vulnera lancearum invenit. Cum autem parentes eius domum ipsam reduxissent et eam fomentis et balneis recreare vellent noluit eam deus ulterius humana suspicione fedari. post triduum in laude virginis perseverans ex hac vita migravit.

De sancto Adriano.

Adrianus sub maximiano imperatore martirium passus est. Cum enim predictus maximianus imperator in nicomedia urbe ydolis immolaret iussu eius cuncti christianos perquirebant. alii timore pene. alii amore premii seu pecunie. vicini vicinos. ipsi quique domesticos ad supplicium pertrahebant. Inter quos .xxxiii. a querentibus comprehensi ante regem adducti sunt. Quibus rex. Non audistis pe-

na q̄lis ad usus xp̄ianos p̄onta sunt.
Cum ille audisset & stulticie tue visio-
ne territus est. Tunc rex iratus ver-
bis eorum audis eos cedi iussit & lapidi-
bus ora eorum contundi mandavit. ac
annotari nomina singulorum cum confessione scri-
bi iussit et in carcere recludi p̄cepit. quorum
constantiam adrianus qui erat officii princeps mili-
tum considerans. dixit eis. Adiuro vos
per deum vestrum. ut michi dicatis que est remunera-
tio quam expectatis pro istis tormentis. Ad hoc
sancti dixerunt. Oculus non vidit nec au-
ris audivit nec in cor hominis ascendit
que preparavit deus diligentibus se. Tunc
adrianus in medium prosiliens ait.
Annotate me cum istis. quia et ego christianus
sum. Quod cum imperator audisset. nole-
ntem sacrificare. vinctum in carcerem po-
suit. Natalia vero uxor eius audiens
virum suum incarceratum. scidit vestimen-
ta flens plurimum & eiulans. Sed cum
didicisset quod propter christum incarceratus fu-
isset gaudio repleta ad carcerem cucur-
rit & vincula viri sui & aliorum oscula-
batur. Erat enim christiana. sed propter persecuti-
onem se non publicabat. & dixit ad virum
suum. Beatus es domine mi adriane quia in-
venisti divitias quas non dimiserunt pa-
rentes tui. quibus egebunt hii qui multa
possident. quando non erit fenerandi tempus
nec mutuo accipiendi. dum nullus
de pena alium liberabit. nec pater filium nec
mater filiam. nec servus dominum nec amicus
amicum. nec divicie possessorem. Cumque
eum admonuisset ut omnem gloriam t-
errenam contempneret & amicos & parentes
sperneret & semper ad celestia cor haberet.
Dixit ad eam adrianus. Vade soror
mea tempore passionis nostre accersiam
te ut videas finem nostrum. Sicque virum

suum aliis sanctis recommendavit ut eum
confortarent. rediit in domum suam. Post-
modum audiens adrianus diem sue pas-
sionis adesse. dans munera custodibus
& sanctos qui secum erant fideiussores.
abiit domum vocare nataliam sicut
ei iuramento promiserat ut eorum pas-
sionibus presens esset. Quidam autem eum
videns precucurrit & nunciavit na-
tali dicens. Absolutus est adrianus
& ecce venit. Quod illa audiens
non credebat dicens. Et quis potuit eum
absolvere a vinculis. non michi contingat
ut solvatur a vinculis & separetur a sanc-
tis. Dum hec loqueretur puer domesticus venit
dicens. Ecce dominus meus dimissus est. Illa
autem putans quod martyrium refugis-
set amarissime flebat. Et cum vidisset
eum surgens velociter hostium domus
contra eum clausit & dixit. longe sit a me
efficiatur quia a deo recedit. non michi contingat
loqui ore illius per quod dominum suum ab-
negavit. Et conversa ad eum dixit. O mi-
ser sine deo. quis te coegit aggre-
di quod non potuisti perficere. quis te sepa-
ravit a sanctis. aut quis te seduxit ut re-
cederes a consilio pacis. Dic michi cur
fugisti ante quam pugna fieret antequam
repugnantem videres. quomodo vulneratus es
sic dum nulla sagitta missa est. nunc bat
si ex gente sine deo gente impiorum
aliquis offertur deo. heu me infelicem
& miseram quid faciam que coniuncta sum huic
ex gente impiorum. Non est concessum michi unius diei
spacio ut vocarer uxor martyris.
Sed ut dicar uxor nunc transgressoris. Ad mo-
dicum quidem exultatio mea fuit. Et nunc
per secula obprobrium meum erit. Hec autem
adrianus audiens vehementer gau-
debat. admirans de femina iuvene

pulcherrima et nobilis et annorum xxiiii.
mensibus nupta. quem in talia loqui pos
set. unde exiit ad uirum ardentior
effecta. ubi eum libentissime audie
bat. sed cum nimis eum affligi uideret
Dixit ei: Appareat in domo mea. Natali
a sed non ut putas uirum fugisse te
ut primum uocatur reuenit. Quem non ex
audiens ait: Vide quomodo me seduxit
transgressor iste. quem mater alt iu
dat: fuge ante uiderit me. ipse iam
uiteri fratrem ut laceratis et dum mo
raret ad aperiendum. ei dixit: a
periri citius. Ecce iam uadam et ultra
non uidebis me. et post hec luge
bis quod me ante exitum meum non
uidisti. fideiussores dedi sanctos mar
tyres et si ministri me requirentes
non inuenerint. sustinebunt sancti tormenta
sua simul et mea. Hec audiens na
talia aperuit. sibi inuicem prostrati
ad carcerem simul abierunt. ubi
natalia per vii. dies sanctorum ulcera
cum linteis preciosis extergebat. Sexta
autem die imperator eos presenta
ri iussit. qui resoluti penis qui am
bulare non poterant uelud animalia
portabantur. Adrianus uero uinctus ma
nibus sequebatur. Ueniam adrian portans
sibi eculeum cesari presentatur. Nata
lia uero adiungens se ei dicebat: Ui
de domine mi ne forte trepides cum tor
menta uideris. modicum quod nunc
patieris sed statim cum angelis ex
ultabis. Adrianus autem sacrificare
nolens grauissime cesus est. Currens
quoque natalia cum gaudio ad sanctos qui
erant incarcerati ait: Ecce dominus inchoa
uit martyrium. Cum autem rex ne
deos suos blasfemaret moneret

ille ait: Si ego ita torqueor quia deos qui
non sunt blasphemo. qualiter ipse torque
bis qui deum uerum blasfemas. Cui
rex: Et hii te illi seductores docuerunt
Adrianus: Quare seductores eos
esse dicis qui sunt doctores uite eterne.
Currens natalia hec sancta uiri sui
aliis cum gaudio referebat. Tunc rex
a uiris ualidissimis fecit eum grauissi
me cedi. omnes autem penas et interroga
tiones et responsiones natalia aliis
martyribus qui erant in carcere continuo refe
rebat. In tantum autem cesus est ut eius uisce
ra effunderentur. Tunc ferro uinctus
cum aliis in carcere recluditur. Erat autem
adrianus iuuenis delicatus ualde et
decorus. annorum xxviii. Natalia
uero uiri sui super uulnera iacentis et uo
laceratum considerans. mittens manum sub
capite eius dicebat: Beatus es domine mi
quia dignus effectus es de numero
sanctorum. Beatus es domine mi quia dignus effec
tus es de numero sanctorum. Beatus es lu
men meum ut patiaris pro eo qui pro te
passus est. Perge nunc dulcis mi ut
uideas gloriam eius. Audiens autem im
perator quod multe matrone sanctis in car
cere ministrarent. precepit ne ultimus ad
eos ingredi permitterentur. quod audiens
natalia se ipsam totonderat et habitum
uirilem assumens sanctis in carcere
ministrabat. Alias quoque eius exemplo
ad hoc induxit. rogauitque uirum ut cum
esset in gloria hanc precem pro se funderet.
ut se intactam custodiens ab hoc
seculo eam eriperet. Audiens autem
rex que mulieres fecissent iussit incu
dem afferri ut frangerentur sanctis cum cruribus.
sancti [illegible] impleuerunt. Timens uero na
talia ne uiri sui [illegible] suppli

cum traderentur rogavit ministros ut ab eo inciperent ab aliis quam ab eo pedibus cruribusque confractis rogavit eum natalia ut manum eius abscidi permitteret quatenus aliis sanctis qui plura passi fuerant compar esset. Quo facto adrianus spiritum reddidit. ceterique ultimo pedes protendentes ad dominum migraverunt. Rex autem eorum corpora cremari mandavit. Natalia manum adriani in sinu suo abscondit. Cum autem corpora sanctorum in ignem proicerentur voluit et natalia se cum eis in ignem proicere. Sed subito vehementissimus imber irrupit et ignem extinguens corpora sanctorum illesa servavit. Christiani vero consilio inito corpora eorum constantinopolim transferri fecerunt quousque pace ecclesie reddita cum honore eorum referrentur. Passi sunt circa annum domini cc.lxxx. Natalia vero domi remanens manum sancti adriani secum retinuit quam in solatium vite sue semper ad caput lectuli sui tenebat. Post hec tribunus videns nataliam tam pulchram tam divitem et nobilem de voluntate imperatoris honestas matronas ad eam misit ut in suum coniugium consentiret. Quibus natalia respondit. Quis mihi prestare poterit ut coniungerer tali viro. Sed peto ut trium dierum mihi dentur indutie ut me valeam preparare. Hoc autem dicebat ut inde fugere posset. Cum dominum exoraret ut se intactam conservaret subito obdormivit. Et ecce unus martyrum ei apparuit et eam dulciter consolans iussit ut ad locum in quo corpora martyrum (cito) venire properavit. Evigilans igitur et ma-

num adriani solum accipiens cum multis militibus eam per navigium insequitus est. Consurgens autem ventus contrarius multos eorum sub undis reduxit eos ad pulitum. Media autem nocte dyabolus in specie nauclerii cum navi fantastica his qui erant cum natalia apparuit et quasi nauclerus ait eis. Unde venitis aut quo pergitis. Et illi. De nichomedia venimus et constantinopolim pergimus. Quibus ille ait. Erratis ad sinistram pergite ut rectius navigetis. Hoc autem dicebat ut eos in pelagus mittens perimeret. Cum autem vela mutarent subito adrianus in navicula sedens eisdem apparuit et eos navigare sicut prius ceperant admonuit asserens malignum spiritum fuisse qui eis locutus fuerat. Porroque se ante eos precedebat illos et viam eis ostendebat. Natalia vero adrianum precedere videns nimio gaudio repleta est. Sicque antequam illucesceret constantinopolim advenerunt. Cum autem natalia in domum ubi erant corpora martyrum intrasset et manum adriani ad corpus posuisset et post orationem dormitasset adrianus ei apparuit et salutans eam ut in eternam pacem secum veniret precepit. Que cum evigilasset et sompnium astantibus retulisset valefaciens omnibus emisit spiritum. Fideles autem corpus eius accipientes iuxta corpora martyrum illud posuerunt.

De sanctis Gorgonio et Dorotheo

Gorgonius et dorotheus apud nicomediam primi in palatio dyocletiani augusti militie renunciaverunt ut liberius regem suum sequerentur et christianos se voce ubique fatentur. Quod cesar graviter plurimum anxiebat rege ferens p